Callatide (Mangalia) in Moesia inferiore rep. (III S. 7586 vidit Domaszewski). — 1) *Nomen imperatoris erasum recte supplevit primus editor Tocilescu.* — 2) *A. 272.* — 3) *Etiam nomen praesidis provinciae erasum.*

8926 Victoriis Au[*gustis*] | imp. Caes. M. Claudi Taciti pii felicis Aug. pont. max...... | Q. Numisius Primus aedilic., dumvirali[*c.*]....... [*quam*] | ex HS XVI mil. n. facere promiserat, multi[*plicata pecunia cum*] Numisiis Praetextato et Primo filis et Nonia.. [*coniuge perfecit*] | et certamina pugilum edidit. Quam et ..

Membressae (Medjez el Bab) rep., iam Tunete (VIII S. 25836 vidit Merlin).

8927 fortissimo ac | piissimo d. n. Probo | Aug., quot *(sic)* saeculo | eius universus or|bis floreat, col. Thug|ga numini eius dicatis|sima, curante Iul. Italico | c. v.[1], devotissima maiestati | eius.

Thuggae in theatro rep. (VIII S. 26560 vidit L. Poinssot). — 1) *Eiusdem nominis vir, fortasse idem, supra N. 4145.*

8928 imp. C. M. | Aur. Maus.[1] | Carausio[2] p. f. | invicto Aug.[3] *(In parte opposita)* Fl. Val. | Cons|tant|io[4] nob. | Caes.

Prope Carlisle rep., columna (Haverfield Academy 12. Jan. 1895 p. 41; Mowat bull. des antiquaires de France 1895 p. 146). — 1) *Nomen hoc Carausii praeterea ignotum; sed etiam in nummis quibusdam, quos protulit Mowat l. c. (cf. Webb num. chronicle 1907 p. 38), est M. Aur. M. Carausius.* — 2) *A. 287—293.* — 3) *Hic reliquias duorum versuum* (....o|...as) *adiungit Mowat, nomina locorum ibi quaerens; reliquias illas nullas esse (nihil illo loco cerni) adfirmat Haverfield.* — 4) Cons|tant[i]|no *Mowat (ut hic titulus sit anni p. Chr. 305/6); utrum* Constant|io *fuerit an* Constant|[i]no, *definire non ausus est Haverfield.*

8929 imp. Caes. C. Aurel. | Val. Diocletiano | p. f. invic. Aug. pon[*t.*] | max., Germanico | max., trib. potes.[1], | p. p., procos., | Afranius Hanni|balianus[2], Iul. As|clepiodotus[3] v[*v.*] | eemm. prae[*ff. praet.*], | d. n. [*m. q. e.*].

Oesci rep. (descriptam a Skorpil dedit Bormann). — 1) *A. 284? (cf. not. 3 fin.).* — 2) *Praefectus urbi a. 297 (chromogr. a. 354, Momms. chron. min. I p. 66), nec diversus Annibalianus consul ord. a. 292 cum Asclepiodoto (cf. not. 3), memoratus (una cum eodem) vit. Prob. 22, 3 inter duces ex disciplina Probi. Fortasse ab eo nomen traxerunt Hannibalianus, filius natu minimus Constantii Caesaris (chron. Pasch. p. 516 ed. Bonn.) et Flavius Hannibalianus rex regum Ponti, occisus a. 337 (ipsum fuisse socerum Constantii Caesaris coniecit Seeck P. W. IV 1041). Antiquior Hannibalianus memoratus in t. Tralliano, de quo egit Groag oesterr. Jahresh. 1907 p. 282 seq.* — 3) *Asclepiodotus praefectus praetorio (a. 296 ut videtur) Allectum Britanniae tyrannum oppressit (Vict. Caes. 39, Eutrop. 9, 22, Zonar. 12, 31). Incertum an ad eundem datae constitutiones a. 292. 293 (cod. Iust. 5, 30, 2; 31, 9; 70, 4. 8, 17, 9; cf. Mommsen Ges. Schr. 6, 287 not. 1). Idem consul cum Hannibaliano a. 292, cf. not. 2. Titulus hic videtur positus ante eum annum, ex quo vir clarissimus uterque dictus est, fortasse positus ipso initio imperii Diocletiani (sane numerus tribuniciae potestatis etiam postea omitti potuit).*

---

archive.org